

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des **Mittelalters**.

Erster Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1876.

Aus Handschriften

Von E. Dümmler.

I.

Die nachfolgenden beiden Grabschriften theile ich hier vorläufig mit, um über die Personen, auf welche sie sich beziehen, wo möglich von anderer Seite Belehrung zu gewinnen. Die erste hat Bethmann aus dem codex Christinae reg. 469 f. 40 abgeschrieben, wo sie unter Gedichten Walahfrids steht und zwar vor der schon gedruckten Grabschrift des Abtes Werdo von St. Gallen und Reichenau (gest. 812). Das darin genannte Kloster ist mir bisher ebenso unbekannt wie sein Vorsteher. Das zweite Epitaphium hat Pertz aus der Metzger Handschrift E 25 abgeschrieben, woselbst von einer Hand des zwölften Jahrhunderts unmittelbar vorher auf der letzten Seite auch die Grabschrift des Erzbischofs Aribio von Mainz (gest. 1031) eingetragen ist (gedruckt bei Haupt, Zeitschr. für deutsches Alterth. XIV, 17 n. 2; Jahrbuch der Alterthumsfreunde im Rheinlande L, 226). Ich habe keinen Bischof des Namens Bernhard oder Bernger ausfindig machen können, der im elften Jahrhundert an einem 7. October gestorben wäre.

1.

EPITAFION WOLFHARTI ABBATIS DE OFLITA.

Hic lector subsiste parum, lege uerba sepulti,

Ut tua præcautus fata uidere queas.

Es quod eram; quod sum liquido es, mihi crede, futurus,

Ast parte ex animae cognitor est dominus.

5 Abbas ipse fui, Wolfhart cognomine dictus,

Pro quo funde preces tu, precor, ad dominum.

2.

Ber dicor, si uis me nosse petitor,
 Claudio sub hoc lapide exuuias animae.
 Rexi non digne summi pastoris ouile,
 Opprimor inde meis lapsibus atque gregis.
 5 Sed fer uota pie, proprię memor ipse ruinae,
 Et maculam sceleris terge piis lacrimis.
 Octobris fragili decessi corpore nonis,
 Iam tibi consimilis, tu mihi si recolis.

II.

Nouo et insolito siderum ortu infausta quaedam uel tristia
 potius quam laeta uel prospera miseris uentura significari mor-
 talibus, pene omnis ueterum aestimauit auctoritas. Sola sacri
 euangelii scriptura salutarem nouae stellae apparitionem fuisse
 testatur, quam Chaldeorum uidisse sapientes et recentem aeterni
 regis ortum de illius clarissimo fulgore conicientes munera
 tantae maiestati conuenientia uenerabiliter optulisse narrantur.
 Sed ei stellae quae nuper apparuit horrida et parum laeta
 facies ab omnibus qui¹ eam se uidisse testati sunt fuisse ac
 minaciter flagrasse nuntiatur. Quae ut reor congrua meritis
 nostris presagia fecit et cladem qua digni sumus uenturam
 indicauit. Quid enim interest, utrum homine uel angelo uel
 stella nuntiante imminens ira generi predicetur humano. Hoc
 tantum est necessarium, ut intellegatur superuacuum non fuisse
 sideris uisi apparitionem, sed admonuisse mortales, ut penitendo
 et domini misericordiam inuocando futurum certent declinare
 periculum. Sic in predicatione Iona subuersio ciuitatis quae
 per illum fuerat prenuntiata hominibus ad poenitentiae remedia
 conuersis diuina miseratione dilata est, fecitque erga populum
 illum quod se facturum per Hieremiam promisit, cum eum in
 domum figuli descendere ibique iuxta operantem artificem sua
 uerba iussit audire, quod etiam erga nos eum facere uelle con-
 fidimus, si similiter ut illi poenitentiam agere non neglegimus.
 Et o utinam clades illa, quam nuper classis Nordmannica par-
 tibus regni huius intulisse dicitur, illam horrendi sideris appari-
 tionem expiare potuisset. Sed uereor ne grauiori² uindicta
 plectendum sit quod tam ferali ostento significatum est. Licet
 satis grauem et asperam ultionem in semet ipsis ac suis omni-
 bus experti fuissent hi, quibus illa ex Oceano ueniens ualida
 tempestas tam uehementer incubuit. Bene ualeat dominus
 meus piissimus imperator.

Das vorstehende Gutachten eines Hofgelehrten findet sich
 ohne Ueberschrift in dem Codex der Vaticana Palatinus 487,

1) qu cod.

2) grauior cod.

beschrieben von Bethmann (Archiv XII, 336), von einer Hand des 9. Jahrhunderts. Es steht dort auf s. 40—41 hinter mehreren Gedichten, von denen Ang. Mai (Class. auctor. V, 456 bis 457) zwei herausgegeben hat. Mit völliger Sicherheit wird sich der Zeitpunkt der Abfassung wohl kaum bestimmen lassen, doch dürfte man vielleicht an den Cometen denken, welcher nach Enhard von Fulda vom 11. April 837 an 3 Nächte hindurch sichtbar war und dem im Juni ein Einfall der Normannen in Friesland folgte. In diesem Falle wäre Ludwig der Fromme der von dem Verfasser angeredete Kaiser. Gerade in Bezug auf diesen und einige folgende Cometen sagt Florus von Lyon in seinem Klagegedichte (Mabillon, Analecta vet. 413):

Cum diri caelo totiens arsere cometae
Humano cladem generi excidiumque minantes.

III.

De quodam excommunicato rem mirabilem audite.

Rem narro mirabilem et stupendam, nostris tamen temporibus gestam. Moguntie erat quidam negociator prediues: qui cum negociandi causa in Fresiam usque Traiectum uenisset, festo quodam die seditionem commouit et ab decâno cleri illius ad satisfactionem reuocatus, bannum eius parui estimans discessit, et quasi rem non magnam obliuioni tradidit, cum non post multum tempus mortuus est et in sarcophago saxeo sepultus est. Post multos autem annos uxor eius, cum et ipsa ad exitum propinquaret, peciit a filiis suis, ut in sepulchro uiri sui sepeliri debuisset. Qui sicut adiurati erant, sarcophagum aperientes aquis illud feruentibus spumantibusque superficie tenus plenum corpusque integrum repererunt. Iuuenes uero deprehenso hoc excommunicationis indicio et mirantes, quia uir religiosus erat, ceperunt omnia loca ubi ipse negociari solebat circuire, cum ecce Traiectum uenientes rem cognouerunt et pro patre satisfaciennes atque cõmunione impetran-tes reuersi sunt, apertoque tumulto nihil preter ossa et cineres inuenerunt. Ecce iste episcopus non fuit et tamen corpus et animam hominis in æterno iudicio constituti tam potenter quam mirabiliter absoluit.

Aus dem aus Ranshofen stammenden Codex lat. Monac. 12630, wo auf dem letzten Blatte (f. 70) eine Hand aus dem Anfange des 12. Jahrhunderts diese Erzählung eingetragen hat, die als Zeugnis für den Handelsverkehr jener Zeit und ihren kirchlichen Aberglauben nicht ganz des Interesses entbehrt.